Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26228
Copyright: Admont, Benediktinerstift

61

adhuc eo tempore quo beatus in carne vivebat Benedictus. infide
lium insana multitudo sacrilegis sacrificiis vacabat. Beatus
itaque Benedictus ibi perveniens contrivit ydolum. subvertit aram.
succidit lucos. atque in ipso templo apollinis. oraculum be
ati Martini. ubi vero ara eiusdem apollinis fuit. oraculum con
struxit sancti Iohannis. et commorantem circumquaque multitudinem predica
tione continua ad fidem vocavit. et infra. Et de quodam equitio.
Illud tangendum dialogi in quo legitur. Quidam vir sanctissimus equitius no
mine in partibus valerie fuit. qui nimirum pro sue mag
nitudine sanctitatis. multorum in eadem provincia monaste
riorum non solum monachorum. verum etiam puellarum pater
extitit. Quidam vero felix nomine nursie provincie nobilis cum
eundem virum venerabilem sacrum ordinem non habere conspiceret et per sin
gula loca discurrere atque studiose predicare. eum quadam die
familiaritatis ausu interrogavit dicens. Qui sacrum ordinem non habes.
atque a romano pontifice sub quo degis predicationis li
centiam non accepisti. predicare quomodo presumis? Qui eius inquisitione
vir dei conpulsus. indicavit predicationis licentiam qualiter
accepit dicens. Hec que mihi loqueris. ego quoque ipse mecum pertractavi. Sed nocte
quadam. speciosus mihi in visione iuvenis astitit. atque in lin
gua mea medicinale ferramentum. id est flebotomum posuit dicens.
Ecce posui verba mea in ore tuo. egredere ad predicandum. atque
ex illo die etiam cum voluero de deo tacere non possum. Cap. Quicumque vo
luit etc. usque suam iusticiam aut decimam non reddant. non episcopo dis
ponente aliis fuerint ecclesiis assignate. Q. II.
De capellis vero quas abbates possident. quas per eorum institutionem a sacerdote